

Collegiata Sancti Michaelis Plocensis ac Parrochia in
Raczyjansch Pro Capitaneo Polthoviensi.

50

In nomine Domini Amen, ad perpetuam rei memoriam, Nos Sigismundus Dei
Gratia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siiradie, Lancie, Cuia-
vie, Magnus Dux Lithuanie Prussie Russia ac Culmensis Elbingensis Pomera-
nieque de dominus et heres. Significamus tenore presentium quibus expedit uni-
versis presentibus et futuris harum notitiam habituris, Quia Reverendus in Christo Pa-
ter dominus Erasmus Episcopus Plocensis sincere nobis dilectus omni officio et studio
nobis in dies placere studet, nec ullam honestam occasionem pretermittit ma-
iestati nostre gratificandi, hinc est, Quod cum superioribus annis Sanctissimus
Dominus noster deo Papa decimus Pontifex maximus pro sua sanctitatis organo
amore et beneficentia sui patronatus et conferendi super custodiam in Ecclesia
Plocensi nobis et nostris successoribus dignatus est concedere prout sue sanctita-
tis litera plenius in se continent, memoratusque dominus Episcopus alternatim
vicibus et mensibus cum summo Pontifice dictam custodiam eius vacatione oc-
currente conferre consueverat, Qua nuper post mortem et obitum venerabilis
Olim Nicolai de Barthnici vacantem, sui sui si quod ibidem in dicta custo-
dia sibi competuit vel competere possit nobis et nostre posteritati cessit. Qua
benivolentia permoti in favorem eiusdem Reverendi patris Domini Erasmi Epi-
scopi Plocensis et suorum successorum Capitaneos suo Polthoviensi moderno et
aliis pro tempore existentibus, ac successorum suorum Episcoporum Plocen-
sium omnibus Capitaneis Polthoviensibus sui patronatus et providendi
propositura Ecclesie Collegiate Sancti Michaelis in civitate nostra Plocen-
si sita cuius propositura in presentiarum venerabilis et Andreas Ciczki
Canonius Cracoviensis et secretarius noster possessor existit de solite benigni-
tatis nostre clementia, ex certa scientia dandum et conferendum duxi-
mus, damusque et conferimus presentibus, similiter collationem Ecclesie
Parochialis in Raczyjansch eiusdem Diocesis Plocensis que ad nos et predecess-
sores nostros Reges Polonie vero jure spectabat et pertinebat dicto Capita-
neo Polthoviensi moderno et aliis pro tempore existentibus perpetue as-
signamus. Conferimus et donamus, per eundem Capitaneum Polthovien-
sem modernum et suos successores dictam proposituram in Ecclesia
collegiata Sancti Michaelis Plocensis et ecclesiam Parochialem in Raczyjansch
prima vacatione earum sive per cessum sive per decessum possessorum
dictorum beneficiorum videlicet Andree Ciczki Propositi et Stanislai Dam-
bowicz in Raczyjansch curati et quando cumque continuata temporum

successione, perpetuitate, occurrentia personarum idonearum quolibet eorum con-
ferrentur et providerentur nec nostro neque alicuius alterius consensu ad hoc
requisito, declaramus prout ex superhabundant^o tenore presentium me-
diante ac ad universorum et singulorum presentiam et futurorum notitiam
deducimus. Quia ipsa propositura in ecclesia predicta sit cum parochia
li semper fuerunt a tempore cuius memoria hominum non existit de Iure
Patronatus predecessorum nostrorum et nostro, rationi igitur congruit ut
dicti Capitanei Polthovienses in favorem Episcoporum suorum eodem
iure et electione et presentatione personarum idonearum utantur sine ali-
cuius impedimento, quo nos et predecessores nostri hactenus pacifice usui-
mus, harum quibus intertestimonium sigillum nostrum est appensum.
Datum Cracovie sabbato proximo post festum visitationis gloriosissime Vir-
ginis Anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo Regni vero
nostri duodecimo. Presentibus Reverendissimo in Christo Patri et Domino
Petro Episcopo Premyslensi et Regni nostri vice cancellario, nec non Mag-
nificis venerabilibus et generosis Christophoro de Szydłowicze Palatino et
Capitano Cracoviensi ac Regni nostri cancellario, Nicolao de eadem Szyd-
łowicze Castellano Sandomiriensi et regni nostri thesaurario Andrea de
Tanczyn Palatino Lublinensi et Capiteo Ratiensi, Stanislas Myclaczki
Sawijch gostenski Nikolao Cychowski Polanicensi Castellanis, Stanislas de
Chodecz Capiteo Leopoliensi Marshallo regni nostri, Johanne Lathalski, Ermenen-
si Cracoviensi Lanciensi proposito, Johanne Carnkowski Scarmiriensi Pra-
posito, Andrea Cychski Scolastico Poznaniensi et Canonico Cracoviensi, Bern-
hardo Wapowski Cantore Cracoviensi Secretariis nostris, Silvestro Oza-
rowski Succamerario aula nostra et Burgrabio Cracoviensi, Petro Ibo-
rowski incisore Regni nostri, Stanislas Croberski sub princepsa nostro
Sewslao Laliwski Magistro coquinae curie nostre et aliis quamplurimis
Curie et aulicis nostris testibus ad premissa fide dignis. Datum
per manus prefati Magnifici Christophori de Szydłowicze Palatini
et Capitanei Cracoviensis in Sermijetow et magna Opatow domini
et heredis perpetui ac Regni Poloniae Cancellarii tum Stradiensis
nove civitatis Corczyn, Sochaczoviensis Gostinensis et Capitanei sincere
nobis dilecti.